



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Capitvlaria Regvm Francorvm

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae
doctissimorum virorum

Baluze, Etienne

Parisiis, 1677

Incipiunt Capitvla Legis Baiuvvariorvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-19366

7. De secundis nuptiis.
 8. De divisione inter fratres.
 9. De eo qui sine liberis moritur.
- Titulus XV. De venditionibus.
- Cap. 1. Si quis res alienas vendiderit.
2. Si quis possessionem vendiderit.
 3. Si à servo alieno comparaverit.
 4. De contentione vendita rei.
 5. Si ingenuum hominem vendiderit.
 6. Si servum proprium vendiderit.
 7. Si servus de suo fuerit redemptus.
 8. De commutatione.
 9. De venditionis forma.
 10. De arris.
 11. De firmitate.
 12. Ut per charitatem venditio firmetur aut testes.
13. De pactis vel placitis.
- Titulus XVI. De testibus & eorum causis.
- Cap. 1. De testibus, si suam voluerit vindicare.
2. Si testem habuerit per aurem tractum.

3. Si testis vitiosus fuerit.
 4. De discordia iudicum.
 5. Si plures fuerint testes.
- Titulus XVII. De campionibus & causis quæ ad eos pertinent.
- Cap. 1. Si unus ab altero fuerit interfectus.
2. De his qui propriam alodem vendiderunt.
- Titulus XVIII. De mortuis & eorum causis.
- Cap. 1. Si mortuum ex monumento ejecerit.
2. Si in flumine projecerit.
 3. De vestitu mortuorum.
 4. Si vulneraverit mortuum.
 5. Si cadaver leserit.
 6. Si hamaverit mortuum.
 7. De navibus.
- Titulus XIX. De canibus. Capitula X.
- Titulus XX. De accipitribus vel avidibus. Capitula VI.
- Titulus XXI. De pomariis & nemoribus atque apibus. Capitula XI.

INCIPIT LEX BAIUVARIORVM.

TITVLVS PRIMVS.

De ecclesiasticis rebus, de libris legis institutionum, quæ ad clerum pertinent, seu de Ecclesiarum iure.

Cap. I. *Ut si quis liber Baiuvarius vel quisquamque alodem suam ad Ecclesiam vel quamcumque rem donare voluerit, liberam habeat potestatem.*

SI quis liber persona voluerit & dederit res suas ad Ecclesiam pro redemptione animæ suæ, licentiam habeat de portione sua, postquam cum filiis suis partivit. Nullus eum prohibeat, non Rex, non Dux, nec ulla persona habeat potestatem prohibendi ei. Et quicquid donaverit, villas, terram, mancipia, vel aliquam pecuniam, omnia quæcumque donaverit pro redemptione animæ suæ, hoc per epistolam confirmet propria manu sua ipsè, & testes adhibeat sex vel amplius. Si voluerit, imponant manus suas in epistola, & nomina eorum notent ibi quos ipsè rogaverit. Et tunc ipsam epistolam ponat super altare, & sic tradat ipsam pecuniam coram sacerdote qui ibidem servit. Et post hæc nullam habeat potestatem exinde nec ipsè nec posteri ejus, nisi defensor Ecclesie ipsius per beneficium prestare voluerit ei, sed apud Episcopum defendatur

res Ecclesie, quicquid à Christianis ad Ecclesiam Dei datum fuerit.

II. *De his qui contra legem Ecclesiam fraudare voluerint.*

Si quis aliqua persona contra res Ecclesie injustè agere voluerit, vel de rebus Ecclesie abstrahere voluerit, sive ille qui dedit, vel de heredibus ejus, aut qualiscunque homo præsumpserit, inprimis incurrat Dei iudicium & offensionem sanctæ Ecclesie, & iudici terreno persolvat auri uncias tres, & illas res Ecclesie reddat, & alias similes addat Rege cogente vel Principe qui in illa regione iudex est.

III. *De furtis Ecclesie, quomodo componantur.*

I. Si quis res Ecclesie furaverit, & exinde probatus fuerit, de quacunque re niungeldos solvat, id est, novem capita restituat. Et si negare voluerit, secundum qualitatem pecuniæ juret in altari de qua Ecclesia furaverit. De una saiga solus juret. De duabus saigis, vel tribus, & usque ad tremissem, cum uno sacramentale juret. Deinde usque ad quatuor tremisses cum tribus sacramentalibus juret.

II. Et si ampliorem pecuniam furaverit, aut caballum, aut bovem, aut vaccam, vel quicquid plus valet quam quatuor tremisses, & negare voluerit, tunc cum